(2) Dec. 10. 1690.

PROPONITUR,

MAimonidis More Nevochim *typis mandandum Lingua Arabica, qua ab Authore primò ſcriptum eſt.*

BIBLIOTHECA·BODLEIANA

Suſcipiendi Operis cauſæ ſunt,

I. *Latina editione Buxtorfiana ante multos annos prorſus diſtracta & abſumpta, iſte Liber (ad explicandas S. Scripturas apprime utilis) hodie quovis pretio non eſt redimendus.*

II. *Quamvis Clariſſimi Buxtorfii Verſio Latina (ſi modo haberi poſſet) maxima ex parte ſit accurata, alicubi tamen eſt juſto laxior, & alibi aliquando Virum Doctiſſimum fefellit Linguæ Hebraicæ amphibolia, cum non eſſet originalem Textum Arabicum conſulendo.*

Cum itaque Doctrinam dicto Libro contentam à tertia tantum manu (idque aliquantulum imperfecte) traditam hactenus acceperimus, ſi melioris Literaturæ Patronis viſum fuerit, Maimonides ipſe ex nova Editione ſequente modo inſtituta, propriis ſuis verbis Arabicis loquens audiatur: viz.

I. *Textus Originalis Arabicus ex Hebraicis Literis (quibus à Maimonide ſcriptus eſt,) in proprias Arabicas tranſcribatur, & Typis Arabicis evulgetur.*

II. *Apponatur Textus Arabici juſta Tranſlatio Latina.*

III. *Ad calcem cujuſque paginæ adjiciantur Notæ quædam neceſſariæ, tam ad Textum Arabicum quam ad Verſionem Hebraicam pro nata occaſione ſpectantes.*

Si autem tales Notæ cenſeantur facere ut hoc Opus in nimiam molem excreſcat, his omnibus omiſſis, nudus Textus Arabice & Latine emittatur. De his autem penes hujus Operis Promotores judicium eſto.

Hoc Specimen Mandandi cuiuſcunque ad manum quid in hac parte fieri poſſit, ſiqua videbuntur Fautores non deſint. Et hoc modo fiet Laboris fructuoſa Legitima offuſa Author.

Dicti Operis ſequitur hujuſmodi

SPECIMEN,

per Thomam Hyde S. T. D.

Bibliothecæ Bodleianæ Bibliothecarium.

This was Dr Hyde ye new Delegates who ought to be at the charge of printing this work.

كنت ايها التلميذ العزيز רבי יוסף שׂכ בר יהודה נע لما مثلت عندي وقصدت من اقاصي البلاد لقراءة علي عظم شانك عندي لحرصك لشدة علي الطلب ولما رايته في اشعارك من شدة الاشتياق للامور النظرية وكان ذلك منذ وصلتني رسايلك ومقاماتك من الاسكندرية قبل ان امتحن تصورك وقلت لعل شوقه اقوي من ادراكه فلما قرات على ما قد قراته من علم الهيئة وما تقدم لك مما لا بد منه توطية لها من التعاليم رددت بك غبطة لجودة ذهنك وسرعة تصورك ورايت شوقك للتعاليم عظيما فتركتك للارتياض فيها لعلمي لعقلك فلما قرات علي ما قد قراته من صنعة المنطق تعلقت امالي بك ورايتك اهلا لتكشف لك اسرار الكتب النبوية حتي تطلع منها علي ما ينبغي يطلعون الكاملون فاخذت اشير لك باشارات

O Diſcipule chariſſime R. Joſeph (cuſtodiat eum Rupes ſua) fili R. Jehudæ (cujus quies ſit in Paradiſo,) quando ſubſtitiſti mecum, & ab extremis-partibus Regionis contendiſti ad legendum coram me, magna fuit apud me æſtimatio tuî propter cupiditatem tuam ad vehementiam uſque in Doctrinæ-acquiſitionem. Et quando in Carminibus tuis vidi hoc ex vehementiâ deſiderii tui ad res ſpeculativas, (quod fuit poſtquam Epiſtolæ tuæ & Confeſſus tui ab Alexandria ad me perveniſſent, antequam phantaſiam tuam expertus fueram,) tunc dixi, Fortaſſis deſiderium ejus fortius eſt apprehenſione ipſius. At quando coram me legiſti de Scientiâ Aſtronomiæ id quod tunc legiſti, & de Mathematicis ea quæ præmiſeras, (quorum neceſſaria erat præſtratio,) tum auxi de te gaudium propter ingenii tui præſtantiam & phantaſiæ tuæ promptitudinem. Et deinde videns deſiderium tuum ad Mathematica eſſe magnum, reliqui te ad exercitationem in eis, cum probe ſcirem intellectum tuum. Quando vero legiſti coram me de Arte Logica id quod tunc legiſti, ſpes mea in te intenſior fuit: & tum perſpexi te eſſe idoneum cui Librorum Propheticorum Arcana revelarentur, ut ita obſervares ex illis ea quæ perfectiores obſervare debent. Ideoque incepi aliquid de his tibi inſinuare.

Epiſtolæ tuæ & Confeſſus tui] Abben-Tibbon in ſuâ Verſione Hebraicâ hæc de ſuis Scriptis ita vertit, כתביך וחרוזיך *Libri tui & Rythmi tui*: nam رسايل quod propriè *Epiſtolas miſſivas* ſignificat, communi uſu eſt quivis *Libellus* ſeu *Tractatus minor*. Per *Confeſſus*, intelliguntur Diſcurſus ſeu Diſſertationes ad Philoſophiam vel aliquam ſaltem Eruditionem ſpectantes, in doctorum virorum Confeſſu habiti, qui Scripto mandari ſolent; cujus generis Arabicè extat elegantiſſimus Liber dictus *Confeſſus Harirenſes*. *Ad Mathematica*] Hebr. *ad ſcientias Mathematicas eſſe forte, tum demiſi te ad inſtruendum teipſum in eis, cùm probè ſcirem extremum tuum*, ſeu *exitum tuum*. At pro עקלך *intellectum* ſeu *ingenium tuum*, (prout alter noſtrorum Codicum Arabicorum legit,) proculdubiò Abben-Tibbon in ſuo Codice Arabico aliter legebat, عقبك עקבך *extremum tuum*, ſc. *exitum tuum* ſeu *ſucceſſum tuum*; quia Hebraicè vertit אחריתך *poſtremum* ſeu *extremum tuum*. Alius noſter Codex pro עקבך, legit מאבך مابك *quid eſſet in te*. Tales diverſitates ex lapſu Scribarum, ſenſus idem.

فرايتك

فرايتك تطلب مني الازدياد فسمتني
ان ابين لك اشياء من الامور
الالهية وان اخبرك بهذه المقاصد
المتكلمين وهل تلك الطرق برهانية وان
لم فمن اي صناعة هي ورايتك قد
شديت شيا من ذلك علي غيري
وانت حايرا قد كدتك الدهشة ونفسك
الشريفة تطالبك למצוא דברי חפץ فلم
ازال ادفعك عن ذلك واءمرك ان
تاخذ الاشياء على ترتيب قصدا مني
ان يصح لك الحق بطرقه لا ان يقع
اليقين بالعرض ولم امتنع طال اجتماعك
بي اذا ما ذكر פסוק اوفص من فصوص
אלחכמים فيه تنبيه علي معني غريب
ان ابين ذلك لك فلما قدر الله

infinuare. Cum autem viderem te adhuc plus à me petere, meque urgere ut res aliquas Theologicas tibi explicarem, & ut de iſtis ſcopis Scholaſticorum te informarem, an ſcilicet iſtæ methodi eſſent demonſtrativæ necne, aut ex quali tandem ſorte eſſent; & viderem te aliquantulum profeciſſe in aliquibus horum ab aliis præter me, teque eſſe perplexum; (quippe vexaret te mentis-confuſio, & tamen nobilis tuus animus à te poſceret reperire res deſideratiſſimas;) tum non deſtiti te ab hoc depellere, & tibi præcipere ut res ordine capeſſeres, ea à me intentione, ut ita veritas tibi rectius-conſtaret per *notas* methodos ſuas, non autem ut incideret tibi certitudo quaſi per accidens. Ideoque quamdiu me convenires, quotieſcunque fieret mentio alicujus Verſûs *Biblici* aut Textûs Sapientum *Talmudicorum* in quo eſſet indicium de aliquo ſenſu peregrino, tum non recuſavi quin hoc tibi explicarem. Quando vero Deus determinaverat

---

Scholaſticorum] a. v. uſu communi, *Locutorum, Diſceptatorum, Diſputatorum, Differentium*: D. Buxtorfius etiam in Verſione ſuâ reddit *Loquentium*, indefinite, quaſi rem determinare ſubdubitans. Maimonides verò Philoſophicè loquens, eo ut vocabulo Artis heic utitur. Quales hi erant, docet R. Ephodæus, המדברים על העניינים האלהיים *Diſcurſum inſtituentes de rebus Theologicis*. Arabico متكلمين intelliguntur *Theologi Philoſophantes* ſive *Metaphyſici* ſive *Scholaſtici*; quorum Scientia vocatur علم الكلام *Scientia Theologiæ Scholaſticæ*, vel *Metaphyſicæ*; quæ phraſis aliquando *Oratoriæ* tribuitur. Et كلامي eſt talis *Philoſophus* ſeu *Scholaſticus* ſive *Metaphyſicus*, vel etiam *Orator*. Sed cum tanti viri pace dixerim, D. Buxtorfius in Lex. Talmudico non videtur ſatis intellexiſſe Commentatorem R. Shem-Tobh, dum ex eo exponit hos in hoc loco eſſe *Sectam Philoſophorum Mundi æternitatem aſſerentium*. Cujus contrarium verum eſt: nam Mundi Novitatem ſeu Productionem ſive Creationem planè aſſerunt. Dicti Rabbini verba, hæc ſunt, המדברים על רמציאות האל ועל שאינו גשם והיותו אחר ומה שאמרו נ"כ בראיותיהם על חדוש העולם כי אלו ההקדמות אינם צורכות כ"ש שיהיו ראשונות ושהם ממלאכת ההשאה לא ממלאכת המופת כלל *Diſcurſum inſtituentes de exiſtentiâ Dei, & quod ſit Incorporeus, & Unus. Sed quoad id quod dicunt in Rationibus ſuis pro Productione Mundi, conſtat illa Præmiſſa non eſſe vera, multò minùs primaria; eſſeque ex Arte Sophiſticâ, non autem ex Arte Demonſtrativâ omninò.* Vult nempe iſtos homines pro Novitate ſeu Creatione Mundi, & contra ejuſdem Æternitatem, differentes, non poſſe ex ſuis Principiis ſufficienter & demonſtrative res ſuas probare, ſed tantùm argumentis Sophiſticis & fallacibus. Dicta eorum opinio aliunde quoque manifeſta eſt: nempe ex initio ſecundæ partis Libri *More*, ubi Maimonides adducit Ariſtotelis ſententiam de Mundi Æternitate, & iſtos ei contradicentes: putatque Ariſtotelem ex hypotheſi tantùm talia aſſeruiſſe, quæ ipſe reverà non crediderit.

بالافتراق

بالافتراق وتوجهت الي حيث توجهت
اثارت مني تلك الاجتماعات عزيمة
قد كانت فترت وحركتني تلك
غيبتك لوضع هذه المقالة التي
وضعتها لك ولامثالك وقليلا ما
هم وجعلتها فصولا منثورة وكل ما
اكتب منها فهو يصلك اولا اولا حيث
كنت وانت سالما

הודיעני דרך זו אלך כי אליך נשאתי נפשי:
אליכם אישים אקרא וקולי אל בני אדם:
הט אזנך ושמע דברי חכמים ולבך תשית
לדעתי:

هذه المقالة غرضها الاول تبيين معاني
اسماء جاءت في كتب النبوة من
تلك الاسماء اسماء مشتركة فحملوها
الجهلاء علي بعض المعاني التي يقال
عليها تلك الاسم المشترك ومنها
مستعارة فحملوها ايضا علي المعني
الاول الذي استعيرت منه ومنها مشككة
فتارة يظنوها انها تقال بتواطو وتارة
يظن بها انها مشتركة

naverat nos ſeparari, & exinde tu alioꝛſum te converteres, iſtæ *dictæ* Conventiones excitarunt in me firmam-reſolutionem, quæ quidem antea languidior fuerat: & iſta tua abſentia movebat me ad ponendum iſtum Diſcurſum, quem poſui pro te & tuî ſimilibus, (qui quidem ſunt pauci,) quemque diſpoſui in diſtinctas Sectiones. Et quicquid ex eo ſcriptum fuerit, ſigillatim ad te perveniet ubicunque fueris. Tuque ſalvus ſis.

Notam fac mihi ô Deus *viam in qua incedam: nam ad te attollo animam meam.* Pſal. 143. 8. *Ad vos ô viri clamo, & vox mea ad filios hominum.* Prov. 8. 4. *Inclina aurem tuam, & audi verba Sapientum, & appone cor tuum ad ſcientiam meam.* Prov. 22. 17.

Hujus Diſcurſûs ſcopus primarius eſt explicare ſenſus Nominum quæ veniunt in Libris Propheticis: ex quibus Nominibus quædam ſunt Æquivoca, quæ imperiti adhibent ſecundum aliquos tantum ſenſuum quibus dictum eſt ejuſmodi Nomen æquivocum. Et quædam horum ſunt Metaphorica, quæ tamen adhibent ſenſu primo à quo tranſlata ſunt. Et quædam horum ſunt Analoga, de quibus aliquando putant ea dici per Conſenſum [ſeu univocè], & aliquando putant ea eſſe Æquivoca.

Sigillatim] ad verbum *primùm, primùm*, ſcil. quamprimùm poterit fieri, ſigillatim, unum poſt aliud: nam (ut videtur) variis temporibus & per partes mittebat.

Salvus ſis] Hinc notari debet quod in Heb. legendum eſt שלם *Shalèm*, ut optimus noſter Codex MS Hebraicus; non autem שלום *Shalôm*, ut Libri impreſſi, male.

Analoga] De Analogis, vel putant ea eſſe Univoca ſeu quæ per generalem omnium Conſenſum eodem ſenſu accipienda ſunt; vel putant ea eſſe Communia ſeu Æquivoca, cùm utraque ſint Analoga.